 p. *vi. p. beatū Tbo. iiii. senten. d. xviii. q. i. principali artic. ii. q. ii.*

De Secunda specie liberalitatis.



Ltera uero liberalitatis species cum & ipsa circa pecunias uerset nil aliud iusta priscos philosophos esse uideretur quā spontanea quaedam propter bonum facta donatio temporum personarumq; congrua moderatione seruata / Si enim ui aut metu quid donetur liberalitas dici non potest cum ab inuito processerit. Diffinitio quippe illius repugnat omnimodam animi libertatem. q̄ requirens cui nil repugnantius q̄ uiolentia aut timor. Si quis praeterea beneficiis uel obsequiis prouocatus elargiatur remuneratio. potius est q̄ liberalitas nuncupāda. Naturalis. n. quaedam orit obligatio qua benefaciēti ad beneficiendū astringimur. Hanc iureconsulti græco uocabulo. antidora appellarūt. Tēporē q̄q;

q. ff. de don. l. i. i. p̄ir. cipio et. l. donari.
 r. ff. de donat. l. equi. lius.
 o. ff. de petit. hered. l. sed si lege. §. cōsuluit



o. lxxxvi. d. c. donare.
vbi g'o. nō. is.
l. xi. q. i. c. i. nō. glo. in
dico. c. donare. lxxx
vi. d. ff. de infam.
l. i.

v. Psal. xxxv

habenda est cōsideratio. Si. n. intempestiue qd
donec liberalitas recte dici nō potest. Ante oīa
insup inspiciendū est persona cui dat / honesta
ne sit / an turpis. Si. n. meretrici quis dederit:
Quis eum libealem appellabit: cum ob tur
pitudinem ac flagitiū largitio facta censeatur
Idem si histrioni. Mimo parassito & assenta
tori quid tribuatur cum omnes hi uel infames
• • • uel detestabiles sint: quamuis hodiernis
temporibus Regibus ac Principibus philoso
phis Theologis ue aut Iureconsultis sint gra
tiores. Quod nulla ab alia re procedit nisi quia
cum uiri pessimi existant omnibusq; facinoris
bus inquinatissimi eos amant qui sibi morum
similitudine copulantur. Neq; enim uiros bo
nos ac graues ferre possunt quos sciunt uitiis
suis fore contrarios adeoq; in his etiam indu
rati persistunt qd nolunt sapientum monitis
sanctis ac iustis ab his ullatenus admoueri:
nolunt ut ais Psal. v. intelligere ut bene agant:
ideoq; illis maxime aduersantur magnoq; eos
odio persequuntur. Boni enim ut inquit Sa
lustius Regibus suspectiores sunt q̄ mali / sem
perq; his aliena uirtus formidolosa est / Quo
fit ut diuina exigente iusticia in maximas sepe
calamitates incurrant / dum spretis bonorum
consiliis pessimorum persuasionis ducti subdi
tos suos continue expilant / diripiuntq; Quod

exitiale eis semp ad postremū fuisse manifeste
apparet / nō enim lōge reperenda sunt priscorū
exempla cū hac uera fuisse certissimo experi
mento modo comperimus. Honestis igitur ac
probis dare oportet: presertim cōscientia & doc
trina p̄ eminentibus hi sunt ueluti soles inter
ceteras stellas elucetiores: hi sunt qui magni
uocantur in regno celorum a Salvatore nostro
his dignitates largiende sunt beatissime pater
his beneficia tribuenda. Non patiaris eos diu
tius sordescere / erue illos e latebris in quibus
uelut sepulti hactenus iacuerunt / dure pauper
tatis onus ab his repelle. Credi de futuros
Marones credi Cicerōes / Salustios / Lnuiosq;
complures / si Cotte / si Mecennates / si Augusti /
si Adriani nunc forent / qui li teratorū ingenia
subleuarent / erat tunc labor nō in utilis. At nūc
quod pro labore p̄miū? Si nouus liber alicui
Principi offertur laudatur tm̄ scriptor. Verū
alget nihilominus opa q; & impēsa perit. Fuere
patrū nostrorū memoria nōnulli Principes ut
Alfonus Rex Aragonum: Franciscus Sforcia
Dux insubrum: Federicus Urbini dux doctorū
amatores. Eugenius etiam. iiii. Nicolaus. v.
Sixtus. iiii. Patruus tuus. ac Pius. ii. p̄cede
cessores tui eorundem etiam fautores extiterūt
pmagni / hi illos non modo Romae cōmorantes
Verum longinquiores qui fama celebres erant.

Alfonus Rex.
Franciscus Sfortia.
Federicus dux urbinis
Nicolaus. v.
Pius. ii.
Sixtus. iiii.



magnis præmiis afficiebant / ac iuxta cuiusq;
uirtutes & merita his dignitates ac beneficia
concedebant. nullus uir bonus ab illis indona-
tus recedebat / ueri hi pastores ac sancti fuerunt
ad bonorum utilitatem continue uigilantes :
hos tibi imitandos propone illorum uestigia
ut sequaris oportet. Nisi enim tu doctis faueas
cum sint ab omnibus Principibus nescio quo
nam malo fato destituti disciplinae liberales
breui tempore interibunt. Quis n. ut ait Saty-
rus uirtutē amplectitur ipsam præmia si tollas
Durum est ieiunū uentrem philosophari con-
tinuumq; est uirtutibus cum paupertate certamen.
Iple etiā Prophetā testatur mercedis spe-
se deo seruire dicens .v. Inclinaui cor meum ad
faciendū iustificationes tuas in æternū propter
retributionē. Petrus etiā Saluatori ait .x. Nos
qui reliquimus omnia & secuti sumus te quid
ergo erit nobis frustra laborat' ibi præmiū nō
expectat'. Tua interest q' totius rei. pu. xpiane
onus subisti curare liberales artes ne pereant:
poteris tunc studiose orum alūnus paren'q; non
immerito appellari: alias impiissimū te omnes
rectissime appellaret. Quæ n. impietas maior
esse potest q' uiris pbis indigētibus nō largiri
Ne imiteris oro p' scissime prædecessores tuos
nōnullos q' mōstra hominū pleraq; ac portēta
ad dignitates amplissimas promouerūt / nulli

v. Psal. cxviii.

v. matb. xix. c.

mortalium sine licitatione dignitates & ecclesi-
astica beneficia concedentes / ea gratis tribuere
te decet. Tuum est postq' Christi Cathedram
ascendisti uelut ex alta specula despiciere q' sint
in grege tuo probiores ac doctiores illosq; ani-
marum curæ præficere. In primisq; indigenas
.x. etiam minus doctos / dummodo alii indigni
nō sint preferre etiam doctioribus. Tu omnium
nunc uniuersalis es parens tibi omnium cura im-
minet. omnibus ut ait Ap'plus nunc factus es de-
bitor. Ad aliorū non ad tuam utilitatem scias te
in isto gradu collocatum neq; tibi ut ministe-
tur: sed iuxta Saluatoris sniam .x. ad ministe-
rium aliorū electū. Nulla præterea debet esse
apud Christi uirarium personarum acceptio
soliū populi sibi commissi utilitati tenetur ac
commodis deseruire / uirtutum tantum & mox
cuiuslibet penes eū debet esse discretio. Memi-
neris quæso dispensationem ecclesiasticarum
rerum nō dominiū .3. tibi esse commissum fide
lem ergo iuxta Apostoli dictum oportet te
esse dispensatorem / si uis ut a domino tibi
postmodum dicatur gestorū rationem re-
petituro: Euge serue bone & fidelis intra in-
gaudium dñi tui. Summi pontificis potissimū
est officiū dignis ac probis largiri neq; carnis
aut sanguinis tm sed meritoꝝ rationem habere:
ut quo quisq; plus meruerit ei plus etiam

.x. lxi. d. c. emeritis et
c. nullus. lxxi. d. et.
lxxii. d. p. totū nō de
cler. perc. c. si nō p-
host. d. post pl. s. qd
postulandus.

.x. Luce. c. xxii. c.

.x. xii. q. i. c. fi. v. s. qd
i. c. illud.



tribuat. In concessione etiā grāz largū esse oportet cū hoc nemini prejudiciū faciat. Curialibus uero permagnū afferat emolumentū ex quoq; locupletatiōe tu q̄q; utilitatē eōsequeris nō parua. Id cūcti boni pontifices obseruarūt: fuerūt. n. graciosus in oēs/curialiū pmaxime utilitatem fouentes. Hęc est uera liberalitatis norma summis Pōtificibus pmaxime cōueniēs. Considera considera quelo bñssime p̄ quot & quāta nōnulli p̄decessores/inquis p̄cipue Nicolaus. v. & Pius. ii. ac Sirtus. iiii. patruus tuus liberalitatis opera edidere/ q̄bus ingentē sibi apud posteros gloriā ac pennem pararunt. Ex diuerso etiā ispice nōnullorū successorū suorū auaritiā ac rapacitatē insatiabilē qualē infamiae notā inde lebilē sane ac sempiternā illis incussērit. Videbis certe liberalis auarū qd p̄stet/ fieri nō possēt q̄uis auarus esses/ qn tu ipse hęc recolēs inuitus etiā liberalis nōtices si q̄ modo in te foret ḡ hęc cupido nō inanis si quā apd posteros famā exoptares si uera & solida esset in te ratio neq; ficta aut uana ūbra uirtutū. Hęc inq; uirtus est q̄ deo nos simillimos facit. Vt. n. ille nulla re indigens sola liberalitate munificentiaq; adductus hanc mundi machinam primo mox hominem creauit eius potestati cūucta subdēs quæ sub cœlo sunt/ innumerabilibus p̄terea donis ornauit/ quę culpa sua amisit/ neq; cessat

quotidie humano generi multa prestare nullis ipsius meritis p̄uocatus: ita & liberalis oibus benefacere iuxta suas facultates conatur debito tñ & legitimo modo seruato. Nihil est in super q̄d hoies plus sibi cōciliet q̄ liberalitas. Quippe quę nō modo probis uiris atq; honestis beniuolentiā cōparauit/ sed sceleratis etiā atq; impiis illius umbram p̄ se ferentibus aurā per sepe popularem captauit: est uidere Galliculæ Nestronis Veri Antonini Heliogaboli/ aliorumq; compluriū Romanorū imperatorū qui mōstra hominū fuere uel p̄digia quia liberalitatē uel potius p̄digalitātē coluerūt a populis diutius tollerari fuerunt q̄ illorū saeuicia facinorāq; exposerent. Contra multos legimus uiros bonos iustosq; Principes ut Vespasianū/ Alexandrū Severum/ Probū/ nōnullosq; alios nō auaros sed parcos populo fuisse uel odiosos uel minus gratos. Liberalitas tum bonis per iocunda est: tum malis etiā nō ingrata/ ab oibus laudatur. At parsimonia ut inquit Cicero pro Deiotaro Rege licet in priuatis reprehendenda nō sit/ in summis tamen uiris laudāda nō est quos decet liberales esse atq; magnificos: propriūq; ipsorum est omnibus benefacere.



¶ De Magnificentiā pars. iiii.
Vnc de Magnificentiā aliqd perstrin-
gamus. Hęc quidem cū liberalitate

Ballista.
Aero.
Aerus
Heliogabolu.

Aespasians.
Alexāder. Seuerus
Probus.

Cicero.



lib. iij. et bicoz in principio.

germanitatem quandam habere uiderunt. Est enim & ipsa scdm Philosophū. circa pecunias medietas. Verum liberalitas circa minora uersatur: potestq; omnibus esse cōmunis. Quilibet enī ualer pro facultatib; suis liberalis existere. Magnificentia autem magnis tantum uiris conuenire uidetur: fieri quippe non potest ut mediocri sortis homines quibus amplae facultates non sunt magna queant perficere. Qui si maiora suis uiribus audeant temerarij uel potius fatui censebuntur. Maior itaq; esse uidetur ac dignior magnificentia q̄ liberalitas eoq; est dignior quo circa excellentiora uersatur: quae uel ob bonum publicum sunt. Inter opera quoq; magnificentiae nō parua est magnorum aedificiorum fabricatio: hoc maxime gloriam parit: hoc firmum est posteris magnificentiae testimonium: hoc quasi quoddam speculum in quo summorum uirorum facta perlucent. Etenim quot Reges quot Principes apud posteros celebrari suere ob magnifica illorum aedificia: qui certe als in obliuionem trāsiissent. Quae enim Busiridis Simandii Myridis Chenmidis Ogdoi Aegyptior; Regum nunc foret memoria nisi magnifica illor; opera extitissent. Quae & si postmodū tēporis longinquitate desecere illor; tamē celebris fama exstat propterea quae de illis scriptores egregii tradidere.

Busiris.
Simandius.
Myris.
Chemis.
Ogdoris. Reges
egyptij.

Busiris nāq; Thebas cōdidit ambitus stadior; centū quadraginta amplisq; aedibus ac templis innumeris exornauit adeo ut Diodor; Siculus nullā urbem sub sole ornatiorē fuisse affirmer. Alter uero sepulchrum stadiorum .x. mirabili intus extraq; artificio fabricauit. Tertius lacum stupendū ad incrementa Nili superflua excipienda effodit. Triūmillium Sexcentor; stadiorum in circuitu patentem profuditatis quibusdā in locis u. n. opus sane incnarrabile uixq; credibile. Chemis uero Pyramidem illā ingentē cōstruxit toti orbi notissimā quā .xx. anno tandē ablohit. ccc. x. hominū ibidē incessanter elaborantibus. Ogdois Memphim aedificauit stadiorum ambitus .cl. urbem sane pulcher rimam & nunc tum sui magnitudine tum frequentia incolarum totius orbis primariam Chain nisi se fratricidio prius ac post tyrānide maculasset laudatione nō parua dignus fuisset ueluti primus urbiū aedificādar; iuentor nulla Nembroti foret memoria nisi turrim illam altissimam moliri cepisset unde orta fertur multiplex linguarum confusio. Verum ut omittā Cephum Cabreum/ aliosq; Aegyptios Reges complures res uarias admirabiles fabricatos. Quid dicā de Sifosi ac Miride altero q̄ unū ultra egregias res bello gestas Quippe q̄ maiorem orbis partem subegit/ magnāq; in cunctos

Cephus
Cabreus egyptii res
ges.
Sifosis.
Miris egyptii reges.



Etius longar nauis
pauent⁹ a Discoli
Rege.

Dedalus.

Arthemisia regina

Dido.

Pallas Athenar
conditrix

Ninne.
Semyramis.

iusticia fabricæ illius complures insigniorem
reddidere qui & primus longar nauis usum
inuenit. Alterum uero Labyrinthus ille inter
septem mundi mirabilia annotatus famosum
posteritati effecit / cuius ad exemplū Dedalus
aliū in creta fabricandū instituit. Artemisiaq;
halicarnassi reginā quid aliud nobilitauit nisi
sumptuosum illud Mausoleum defuncto uiro
constructū. Phenissam uero Didonē magnifice
illius Carthaginis Africæ quondā dñatricis
Romaniq; imperii emulæ fundatio clarā po
steritati reddidit. Palladem si Græcis fabulis
quicq; credimus Athenar constructio celebra
uit. Neq; ego Ninū Assirior; regem uxoremq;
eius Semyramin propterea laudandos puta
uerim qd̄ unus illo tum primus finitimis bella
mouerit: uniuersam fere Asiam suā ī potestate
redegerit. Altera uero habitū uiri ementita
cōtinue in armis fuit / Indiamq; innumerabili
cum exercitu inuadere nequaq; expauerit: sed
quia alter Nimā urbem omnium maximā quæ
unq; fuit Eufrate mediā interfluente. Altera
uero mirabili opere Babiloniā cōdidit toto in
orbe celeberrimā tāta celeritate ut dictu pene
incredibile uideat. Hortos quoq; duos diuer
sis in locis amenissimos: cōpluraq; alia effecit.
Inquis & regias duas amplas urbium instar
necnon lacū quadratū muro undiq; circūdatū

stipendæ magnitudinis. Obeliscum quoq; cl.
pedum altitudinis / latitudinis. xxiiii. Septem
mundi mirabilibus antūmeratum sumptu in
excimabili fabricauit. Quippe quem in mons
tibus Armeniæ excisum Babiloniā summa arte
summoq; labore deuehendū curauit. Neq; etiā
Romulū spolia opima ab eo loti primū dicata. Romulus.
bellaq; per multa cū finitimis gesta uel illius
ferocitas eque insignem fecere: ac Romanæ Vr
bis fundatio quæ illum pennem ac īmortalem
posteris reddidit: idem & de Alexandro Mace Alexander.
donū Rege dicendū uidet. Quem neq; ob inu
meras gētes / barbarasq; nationes subactas neq;
propter humanā stragem cōtra ius fasq; ab eo
aditam a probis uiris laudandū existimo: Sed
quia Vrbes cōplures sui nominis uariis in locis
statuit amplas atq; magnificas. In quibus &
Alexandriā in Egypto Urbē sane opulētissimā
Quem Diodorus Siculus uel primā in orbe uel
primæ pximā fuisse affirmat. Idem de Antio / Antiochus.
co / Lyimaco / Demetrio / Ptholomeo / Seleuco Lysimachus.
censeo iudicandum ut illos magis Anthiochiæ: Seleucus.
Demetriadis / ptholomaidis / lysimachiæ / Seleu Demetrius.
ciæ / celeberrimar; Urbium olim fundatio q̄ eru Ptholomeus.
enta iuicem bella nobilitauerint. Par cauta est
Tygrannis Armenior; regis Tygranocertam Tygrames.
splendidissimam orientis Urbem ædificantis.



L. Lucullus.
S. A. Pompeius

L. quoque Lucullus. GN. que Pompeium egregios
Duces non tam celebrados putauerim quod utriusque
potentissimos Reges Mitridatem ac Tygran-
nem debellarunt: ferasque nationes multas ac
barbaras Romanum Imperio subdidere. Indeque
opes ingentes ac spolia reportarunt innumera
quod quod eorum unus Theatrum magnificentissimum:
portum quoque amplissimum & ornatissimum ad totius
ciuitatis solatium structam: necnon & pulcherrimam
Basilicam edificauit. Alter uero preter domum atque
hortos intra menia amenissimos uillam puteolis
molitus est tam magnificam tamen mirabili arti-
ficio compositam ut nulla tamen fuerit uel speciosior uel
mirabilior eius ruine adhuc cernunt stupendam
incredibileque maiestatem opis preferentes. Hac
nepe siue ad aliquem mortaliu usum siue ad pom-
pam facta esse dicant nullius concernunt iniuriam
nullique sunt noxia. Quinimmo fieri non potest
ut & si utilitatem afferant nullam uel modicam:
oblectamentum aspicientibus tamen non pre-
beant. ^{b.} Bella uero alias que pro repellenda uel
uindictanda iniuria illata iniusta sunt & abo-
minanda sola auaritia & dominandi libidine
perpetrata. Qualia fuere a Nino Semiramide
aliisque prænominatis cōfecta. Quo enim pacto
laudari quis potest bellans regni tantum cupi-
dine stimulatus? Ad hominum perniciem potius

b. xxlii. q. i. c. mlii.
tate z. c. paratus.

hic natus uidetur ab omni humanitate penitus
alienus. Contra hos qui iniustis bellis delectantur
clamat Psalms. Dissipa inquit gentes quae bel-
la uolunt / conuerso uero pacifici filii dei a.
Saluatore appellant. Neronem. C. Galliculam.
Claudium / Dioclitianum / Commodum / Septimium
Seuerum principes licet crudeles ac nepharios
ingentia per illos fabricata opera celebres por-
teris reddidere. Quorum unus ultra Pompei
ani Theatri deurationem uno die incredi-
bili celeritate confectam: praeterque complura
alia opera ab eo mirifice fabricata domum
illam auream nuncupatam tum mirabilis
magnitudinis tum incredibilis pulchritudinis
fabricauit: cui nullam fuisse unquam in toto orbe
magnificētia comparandam impauide ausim
affirmare si Suetobio: si Plinio aliisque Scripto-
ribus qui tum illam uiderunt fidem aliquam
adhibendam putamus. Alter iactis immensis
in profundum Pelagus molibus ponte Baias
puteolis miro artificio iunxit. Tertius lacum
fuscinum perforato monte emisit / Portumque Urbis
pulcherrimum struxit. Dioclitianus & Commo-
dus Thermas Urbium instar edificarunt quae
cuius pulchritudinis fuerint illarum ruinae
clare ostendunt: quas adhuc uisentes uix fieri po-
tuisse credimus / Septimii uero opus Septizonii

c. Psal. xvii.
d. Marb. v. c. xxlii.
q. i. c. noli.
Aero.
Basilicula.
Claudius.
Dioclitianus.
Commodus.
Septimius.

Suetonius.
Plinius.



Vespasianus.

M. Agrippa.

Nerua.

Traianus.
Antoninus.

Augustus.
Titus.
Hadrianus.
Alexander Severus.
Gordianus.

Tarquinus superbus.

nunc pene dirutum quale fuerit potest quis facilliter coniectare. Nempe illum magis quam bella civilia apud posteros nobilitavit. Marcus praeterea triumphalis eius uictorias referens magnum sibi gloriae attulit additamentum. Taceo Vespasianum quem licet eius gesta praecelara eximiaque uirtutes celebrem reddiderint ingens tamen suatum laudum cumulus accessit. Amphitheatrum illius semirutum nunc templique pacis admirabilis stupendaque constructio quod omnia orbis opera magnificentia superasse Martialis affirmat. Silco M. Agrippam Pantheon illud quod nunc solum ceteris restat integrius incredibili pene opere fabricatum. Praetereo Neruam forum cuius pars etiam nunc cernitur mira arte molitum. Mitto Traianum & Antoninum quod duas illas columnas marmoreas erexerunt quae una adhuc est integra: altera pro parte lesa inenarrabilis atque incredibilis sculpturae eorum facta plenius exprimites. Nil dicam de Augusto/Tito/Hadriano/Alexandro Seuero/Gordiano/aliisque compluribus: qui licet boni Principes fuerint: ac laudabiles: laudabiliores tamen illos fecere pulchrae illorum structurae atque magnificentiae quoque reliquiae uidentibus nunc etiam stuporem injiciunt. Neque hoc loco pretereundum uidetur quod Tarquinus superbus. Tarquinus superbus ultimus Romanorum Rex

licet crudelis & improbus magnam sibi apud posteros famam parauit. ex Cloaca illius fabricata: one etiam nunc durantis maxime appellatur ad aliam Cloacam totiusque urbis purgamenta suscipienda fabricatae. Quam Lilius asserit nullum in Urbe aedificium tum priuatum tum publicum usque tunc magnificentia superasse. Quod si tantum nobis admirationi sunt illi qui magna ista ad mundi laudem aucupanda potius quam ad utilitatem publicam plerumque moliti uidentur. Quanto magis admirandi sunt atque laudandi ad publicum emolumentum deique honorem edificantes aut cepta per alios opera consumantes uel restaurantes labantia. Illa enim est uera magnificentia illa optima quae diuinum respicit cultum. Hac Salomon ille usus est dum Hierosolima templum summo deo inaudito incredibilique opere struendum curauit: miraque artificio perfecit. Quo nullum fuisse legitur per uniuersum orbem si diuinis scripturis credimus ante uel postea sumptuosius ac magnificentius: hanc Constantinus ille magnus ostendit dum Apostolorum Petri & Pauli diuinae Iohannis Lateranensem Basilicas: aliaque in Urbe complura extruxit praecelara atque aegregia. Iustinianus etiam Constantinopoli diuinae Sophiae templum mirabili artificio fabricauit quo nullum aiunt esse mirabilius ab

Salomon.

Constantinus.

Iustinianus.

Eugenius. iiii.
Paulus. ii.
Sixtus. iiii.

Pius. ii.

Cosmus medices

hostibus nunc fidei prophanatū Christianorū
nequitia. hac plures Reges ac Principes Chri-
stiani uisi sunt uaria diuersis in locis templa
Deo ac sanctis fienda procurantes. Plures etiā
summi Pontifices uariis Urbem aedificijs ex-
ornarunt: ut illorum etiā inscriptiones osten-
dunt. Inter quos & nostris temporibus ne uidear
illa despiciere fuisse Eugenius. iiii. Nicol-
laus. v. Paulus. iiii. ac Sixtus. iiii. qui uariis
aedificijs Romam excoluerunt: quorum Sixtus
primus uitas Urbis dirigere cepit illaq; am-
pliare: ac lateribus sternere. Et magnam sibi
in posterum gloriam comparauerunt. Pius etiā
ii. opus illud Benedictionis inter cetera lau-
dabile magnificumq; aggressus morte preuen-
tus imperfectum reliquit. Plura etiā tua Beati-
tudo adhuc in minoribus constituta magna
aedificia fabricauit: quorum aliqua interrupta
nunc pendunt: hæc tu ut consumes conuenit
in summa dignitate positus præsertim domū
illam amplam Urbis instar ad sanctos Aplos
inchoatam / turpe foret tam nobile opus imper-
fectum relinquere. Cosmus etiā medices rei p-
Florentiā quondam primarius magnificentis
monumenta reliquit per multa. Is uero pala-
tium in Urbe speciosissimum præterq; uillas
pulcherrimas Regifico luxu ab se constructas

Templa per multa tum in Urbe tum extra sump-
tuosa pulcherrimaq; fundauit quæ illum apud
posterorū immortalē fecere præter alias uir-
tutes quæ in eo uiguerunt per multa. Hoc ue-
rum & solidum magnificentia est opus quod
magnopere ab Aristotile celebratur. Hoc præ-
cipue est Christianis conueniens: Quibus ante
omnia dei cultus ueneratioq; diuina lege in-
iungitur. Hæc tum apud mortales gloriā pa-
rit ingenitum apud deum futuræ uitæ retri-
butionem certissimā pollicetur. Hæc summos
uiros per maxime decet. quāto enim in maiori
quis gradu est collocatus tanto debet amplio-
ra audere. Turpe est enim ei qui dignitate
præcellit nisi etiam conetur alios uirtutibus
superare. Horum potissimū munus est ut diu-
nus cultus ac honos recipiat incrementum si
committas sibi res. p. beari desiderant. dicente
Christo. Primū quaerite regnū dei & iusticiā
cuius & hæc omnia addicientur uobis.

De Magnanimitate

Pars ultima.

Magna uero Magnanimitas & si circa
plurima lōge ab Aristotile i Ethicis
tractata non modicū tñ circa iusta
bella uersat. Est aut iustum bellū uel quod
pro repellenda iniuria uel rebus repetendis

1. q. 1. c. viliissimus.
viii. q. 1. c. placuit.
d. voto. c. ex ml' ra
11. Rñso. i. pñici.
1. Matb. vi. c. 1.
1. xxlii. q. 1. n. mille
tare 2. c. paratis 2
seq. 2 p totā illam
causam. 2. xxlii. q.
ii. c. dñs nñ.



8. xxiii. q. viii. c. 197
c. vi. pridē z. s. ecce
nō. p. glo. i. summa

b. xxiii. q. v. c. pzin
cipēs z. seq.

l. xxiii. q. iiii. c. maxi
mianus et. c. seq.

k. xxiii. q. v. c. pzin
cipēs. c. Regū z. c.
administratores.

l. xcvi. d. c. duo.

Gregorius. vii.
Henricus. iiii. Ro.
Imperator.

Robertus Guiscardus
dux Apulie.

Alexander. ii.
Pantichus.

inferit. Debet ergo Pontifex. q. in primis si uult bene iura sua defendere propugnatores penes se habere (non possunt. n. Regna atq. Imperia sine armis defendi). b. & contra uiolatores ecclesiasticæ libertatis: uel res ecclesiæ inuadentes si oportuerit arma suscipere. d. hereticos etiam eorumq. fautores expugnare. Quosq. sibi commissas a luporū rapina defendere. Aliorū quoq. Principū. k. uires quando sue non sufficerent implorare Stephani. ii. & Hadriani. i. Pontificū exemplo: quorū unus Pipinū/alter Carolū Francorū Reges contra Longobardos acciuit. Contra etiā delinquentes/ & Applicæ sedis maiestatem contemnentēs seueritate uti oportet/ nec ullum pertimescere/ quis etiam preponentem Ambrosii & Innocentii primi Pōt. instar/ quorū unus Theodosiū/alter Arcadiū excomunicare nō timuit. Gregorius etiā. vii. Henricū. iiii. Romanorū Imperatorem iura ecclesiæ inuadentem anathematizātū prius imperioq. priuatum ad petendā ueniam cōpulit. Contra quem etiam pactiones minime obseruantē rursusq. Pontificem oppugnantem Robertū Guiscardi Apuliæ ducem acciuit armis iniuriam uindictaturum. Qui & Pontificem ab impiorū manu eripuit & insontes ac rebelles grauitē animaduertit. Alexander etiam. ii. Henrico uiriliter

restitit. Idem Alexander. iiii. effecit contra Federicū Barborassam Romanam ecclesiam in festantem/ quem tandem supplicem ad ueniam petitionē coegit. Innocentius. iiii. Othonē. iiii. anathemate notatum imperio priuauit/ quia oppida pleraq. ecclesiasticæ ditionis inuaderat. Honorius. iiii. Federicū. ii. Romanorū imperatorem Pontificia iura uexantē excomunicauit regnoq. priuauit/ cuius uestigia Gregorius. ix. secutus est & Innocentius. iiii. pariformiter cōtra eundem Federicū censuras ecclesiasticas renouātes. Quorū Innocentius Cisalpine pplos contra Federicum armauit/ qui iunctis copiis magna clade hominis superbiā contuderunt. Urbanus. iiii. Carolū Andegauensem contra Manfredū Sicilia Regē euocauit sedem tunc applicā perturbantē. Qui postmodū Clemēte. iiii. opitulante Manfredum regno pariter ac uita spoliauit. Martinus. iiii. Petrū Aragoniæ regē anathematizauit Sicilia occupatē. Urbanus. vi. Carolū Vngariæ Siciliaq. Regē Nuceriæ regno Siculo priuatū declarauit. Innocentius. vii. Ladislaum Neapolitanū regem prælio uictū Roma fugauit: quem in sua adhuc perfidia pdurantem. Alexander. v. regno etiā spoliauit. Martinus. v. Braccium Montonium Romana oppida inuadentē. Martem alterū appellatū

Alexander. iiii.
Federic⁹ barbarossa
Innocentius. iiii.
Otho. iiii. impator.
Honorius. iiii.
Federic⁹. ii. impator.
Gregorius. ix.
Innocentius. iiii.
Urbanus. iiii.
Carolus Andeg.
Manfredus rex St.
Clemens. iiii.
Martinus. iiii.
Petrus rex Arago.
Urbanus. vi.
Carolus. Ang. rex.
Innocentius. vii.
Alexander. v.
Ladisla⁹ rex Itaco.
Martinus. v.
Braccius. monto.



Johannes .xxii.
Ludovicus banar⁹
Imperator Ro.

Pius .ii. pragmatica
in francia substituit.

Ludovicus Rex
francie.

Borsus dux ferrarie

Sixtus .iiii.

m .xxiii .q .iiii .e .lgit

gravi bello persecutus est in quo & uitam perdidit una cum rebus iniuste occupatis uiolentissime detentis . Iohannes .xxii . Ludovicum Bauarię ducem Romanorumq; imperatorem anathematizauit quod is Galeatium & Marchum Vicecomites contra ecclesiam foueret . Pius quoq; .ii . Sigismundo Austrię duci sacris interdixit qđ is Cardinalē in uincula cōicisset Ludovicum Francorum Regem ad tollendam Regno suo pragmaticam graui conminatione impulit . Sigismundū malefctam inobedientem sedi Apostolicę omni fere dominio spoliasset Borsum Ferrarię Ducem qđ is Malefctę fauere uisus fuerat acerrime increpatum ad petendum ueniam perpulit Andegauenses totum fere Regnum iam occupantes armis inde exturbauit totamq; ecclie iurisdictionem in pristinam dignitatem restituit tamq; etiam magnopere ampliavit . Sixtus .iiii . Venetos Ferrariam bello prementes graui anathemate notauit eorum bona cuiuslibet diripienda permittens . Debet igitur Pontifex magnanimitate iusta bella suscipere Sedisq; Apostolicę maiestatem tueri . Porro quid excellentius? Quid ue laudabilius? qđ pro Christi nomine cōtra hostes fidei magno aīo ingētiq; apparatu arma capere? Hoc propriū summi Pōtificis .^m

munus est ad quem spectat religionē nomenq; Christianū pro uiribus ampliare . Quid pietius? Quid gloriosiusq; Christicolas i miseris ma barbaroz seruitute seruientes libes tati restitueret? Quid sanctius quid ue equius qđ Saluatoris nostri patriam ex infidelium manibus eripere? Sepulchrūq; illius scilicet a canibus diuino occupatū nris logo postliminio reddere Nihil hercule turpius / nihil fedius / nihil crudelius qđ perpeti hęc ab seuis canibus possideri . Plures iūmi Pōtifices pro recuperatiōe Terrę sanctę plurimū laborarūt . Quoz primus fuit Urbanus .ii . qui oēs fere occidentales Principes tum prophanos / tum ecclesiasticos ad Hierosolimę recuperationem armauit . Quā tandem Gottifredi & Boemundi uirtute præcipua in Christianoz potestatem redactam una cum multis insignibus Asię urbibus septem Reges p annos duodenonaginta magnanimitate tenuerunt . Eugenius .iii . Ludovicū Francoz regem contra infideles & ipse animauit . Clemens .iii . post occupatā a Saladino Hierosolimā . Antiochiamq; nouā & ipse expeditionem parauit . Qua Federicus Barbarossa / Philippus francię Ricardusq; Anglię reges / Dux qđ Burgūdię una cū pluribus Baronibus & Episcopis cōmunibus auspiciis arma sumplerunt : qui captam

Urbanus .ii . primus
expeditionē parauit
pro recuperatione
Hierosolime .
Gottifredus .
Boemundus .

Eugenius .iii .
Ludovic⁹ rex fran .
Clemens .iii .
Saladinus .

Federic⁹ barbarossa .
Philipp⁹ rex fran .
Ricardus rex angl .

Innocentius.iii.

Honorius.iii.

Gregorius.ix.

Ludouicus Rex
francie.

Innocentius.iiii.

Ludouicus capit
ab hostibus.

Pius.ii. vltimus
expeditionem cōtra
infideles parauit.

Prolo maide Hierosolimā cū iam iā recuperari
essent a Saladino Urbis tutela tum desperata
orta simultate re omīssa in patriam redierunt.
Aliam Innocentius .iii. & ipse expeditionem
parauit cuius uestigia imitatus illi successor.
Honorius.iii. nouas copias in Asiā destinauit
Quem secutus Gregorius .ix. magnā armatorū
manū illuc transiit / qui exitū infelicē sortiti
fuere ob Ducū ignauā. Ludouicus rex Franco
rum Innocentii .iiii. persasione contra infideles
profectus licet in initio aliquotiens prospere
pugnauerit ad extremū in hostiles manus de
ueniēs pecunia redemptus re infecta in patriā
rediit. Nouissimus omniū Pius .ii. missis per
uniuersum orbē uariis nuntiis oēs Christianas
nationes ad Turcharū excidiū animauit / nilq;
aliud q̄ Hierosolimæ recuperationē intendens
cuncta ad bellum oportuna magnificentissime
preparauit. Verū cū paratis oibus Anthonā
petiisset in Græciā transfretaturus morte im
tura prereptus rem ceptam tā sanctā nequiuit
ad finem perducere deo ut reor sceleribus nr̄is
iam tum infenso. Te uero tot sanctissimorum
uirorū successorem decet si bene recte q̄ gestorū
emulator esse uis: si qua est in te uere laudis
gloriæq; cupido. Si quod sumpsisti nomen uis
esse penes te non inane / rem hanc tam iustam:

tam piam / tam sanctā audacter aggredi / Inq;
ea ad exitū usq; cōstantissime perdurare. Non
enim inchoatio sed pseuerantia. a dño cōmen
dat. In hac thesauros ecclie expendit. Nec illos
ad propinquos tuos nimū locupletādos uelis
p̄fundere carni tū studēs & sanguini nōullo
rū predecessorū tuorū exēplo q̄ dū propinquos
uel filios magnificare supraq; modū conantur
extollere pene rem ecclasticam pessum dedere
Verū diuino quodam iudicio quo altius elati
erant eo scedius corrūere / paruoq; momento il
lorū conatus ad nihilū rediere: ita ut qui erant
prius terribiles formidabileq; ludibrio facti
sint oibus. Nō possunt uiolēta diutius pdurare
Gaudiū .n. ypochr̄is: ut inq; lob ille diuinus
ad instar panti. Imitare Clementē .iiii. antecel
sorē tuū uirū sanctissimū q̄ Christi patrimonio
filias etiā legitimas ac nepotes noluit locuple
tare. Neq; uerte arma in xp̄ianorū perniciē: ut
pleriq; tui predecessores fecere nō ueriti pecu
nias quas Turcanicæ expeditionis prætēto a
miseris Curialibus ac subditis extorlere in ex
cidium xp̄icolarū infantiū etiā innocentiumq;
conuerrere. Paca in primis beatissime p̄ duos
potentissimos Reges inuicē nūc acerrime dissi
dentes / interpone tuę sanctitatis auctoritatem
p̄uade illis ut armis inter se positis quē Terra

n. Marb. r. e.

Clemens. iiii.



mariorum exercituum coegerunt communibus auspiciis
Turcas inuadant / non ferent hostes illoꝝ impe-
rum tu illis pecunias quas poteris subministra-
bis, tuis sanctis monitis hi Reges acquiescent si
uiderint beatitatem tuam iis equabile se prestare
neque in partem alterutra declinare ut ueri &
iusti est pastoris officium. Reliquos etiam Christi-
anorum Principes ac res. p. ad hoc inceptum tuis
lris ac Nuntiis adhortari ne cesses / Quos ego
reor omni ope affuturos : si uiderint te uere &
ex animo loqui paratissimi nunc exercitus atque
ad bellandum ferocissimi adsunt duorum poten-
tissimorum Regum / hi ab hostium finibus breui
maris spacio se iungunt. Classis magna utriusque
est ad transfretandum copias aptissima / nil aliud
differt hoc nisi Regum duorum dissidium / quos si
pacaueris omnia expeditissima erunt. Sunt &
aliquae in Italia copiae has poteris illis coniungere
quibus cum Turcas inuadant. Verum pacifi-
canda est in primis Italia si uis omnia tibi ad-
uotum succedere. Idem namque & Pius fecit priusquam
contra infideles expeditionem pararet. Id quoque
& tibi est faciendum aliter incassum omnia redierunt.
Tu uero Beatissime praesertim ex hoc apud posteros
famam penam & apud deum praemium perpetuum
consequeris. Quod si principantes omnes / summi quoque
praesertim Pontifices quorum amplior cura est ac

iurisdictioni quam praescripta seruari curauerint ueri
poterunt philosophi nuncupari florentissime quoque
sub his erunt res. pub. dicente Platone Tum
maxime publicas res florere cum aut philoso-
phantes regerent aut regentes philosopharent
Quippe illorum uita laudabilis subditis est
exemplar quoddam ac speculum ad bene beate quoque
uiuendum eos alliciens. Id nil clarius ostendit
quam M. Antonini Philosophi exemplum / qui cum
summus esse Philosophus eorum quoque consilio in
administrando uteretur. Romanum ita rexit
Imperium omnibus quoque tam carus fuit / tam ama-
bilis: ut post mortem nemo illum plangendum
censuerit: affirmantibus cunctis a diis datum
ad eodem rediisse. Te uero cum Christianorum
caput & ductor & sacrarum litterarum doctrina
percalles reor longe melius Antonino Christi-
anam rem. pub. gubernaturum: futuram quoque
auxiliante in primis Altissimo a qua bona cuncta
procedunt te praesidente floridam ac felicem.
Te quoque una cum commisso tibi grege ad Regna
caelestia post obitum migraturus / ibi quoque in aeterna
beatitudine permansurum. Amen.

M. Antonini Philosophi

Impressum Romae per Iohannem de Besicken
Anno domini. M. cccc. iiii. Die. xxix. Decembris.
Sedente Iulio. ii. Pont. Max. Anno eius primo.



Q. Antonii Philo-
sophi

beatitudinis per mandatum. Amen.
electus post optimum negotium ipse in gratia
I. q. q. una cum omnibus tibi gratia ad Regem
procedere te p. ad hunc locum ad hunc
auxilium in gratia. Alitimo q. bona condita
sua in rem. p. p. gubernatum: futuram p.
percellit: tot longi melius. Amantio: in hunc
his capite ductor de sacra hunc de hunc
ad co. deo recte. I. ut o. cum Christi hunc
cedit: hunc mandis curis a dno datum
biliter post mori in nemor illa p. hunc
Imperium omnibus: totius fut. hunc
admiranda uero ueretur. Romanum hunc
Iunius est Philo. hunc con. hunc
p. M. Antonii Philo. hunc p. hunc
uincendum cor allitico. Id. in claris ostendit
exemplar quod d. ac p. hunc ad hunc hunc
Quippe ill. cum hunc hunc hunc hunc
pharces regerent reges Philo. hunc
maxime publicas res hunc cum hunc Philo.
sub his erant res. p. p. dicitur. Tunc
p. hunc Philo. hunc hunc: hunc hunc
in hunc hunc p. hunc hunc hunc hunc

2. de Julio II. Pont. Max. Anno eius primo.
Anno in M. ccc. in Die. xxix. Decembris.
Imperium Rome per Josephum de Becken



VNIVERSIDAD
DE SALAMANCA

CRÉDITOS USALTA